



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. Nouariensis Ager.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

ITALIA RECENTIOR,

	fus in primis, & in tres præcipuos dissectus ramos, per Treslam Fl. Verbano committitur.
GIO-	GAVIRATIVS: <i>Lago di Ghivira</i> , per Botiam Fossam cadit in Verbanum.
NIS.	TRINATIVS, aliter Ternati, & Terlacus, itemque CORCINI & VARANI ut præmonuimus: <i>Lago di Terna</i> , seu Coregno, seu Vergia, exonerat se in Gauiratum; patet in longitudinem ad stadia 16. in latitudinem ad octo.
DE-	MONATIVS: <i>Lago di Mona</i> , quem perperam Leander immittit in Gauiratum; nam cadit in Verbanum.
MORGATIVS: <i>Lago di Mergozzo</i> .	
ORTANVS, aliter D. IVLII, ab Insulâ de quâ suprà: hodie vulgo <i>Lago d'Orta</i> .	
	NVM. s. Nouariensis ditio, Nouarese.
LO-	NOVARIA: <i>Nouara</i> , nobis <i>Nehare</i> , de cuius nomine vide multa apud Leandrum. Vrbs est modico in colle sita, ager eius partim amoenus, partim parum cultus. Ad hanc captus Ludouicus Sfortia ann. Christi 1500. Hinc quoque nonnulli volunt oriundos Petrum Comestorem, & Petrum Lombardum, seu Magistrum Sententiarum.
CA-	RIOTA PAGUS: <i>la Riote</i> , prope Nouariam, ad quam fusi Galli dum urbem obsident, Duce Triuultio.
AGRI-	Romanianum: <i>Romagnano</i> , ad Fl. Sesiam, <i>Sessia</i> , victoria Po. Ro. nobilitatum de Cimbris.
NO-	CAMARIANUM: <i>Camariano</i> , ita perperam dictum pro castris Marianis, ut putat Alciatus: vel ut melius alij ab Arcu Mariano, cuius vestigia extabant tempore Leandri.
V A-	Romantinum: <i>Romantino</i> .
RIEN-	
SIS.	
FL V-	TICINVVS: <i>Tesino</i> .
VII.	Nouaria, seu Gonja. Nouariensis: <i>la Gogna</i> .
	<i>Sessia</i> : <i>Sessia</i> .
MON-	BOSVS: <i>monte Bozo</i> , cuius iugum sic eminet ut omnes Italæ montes excedere videatur. Quapropter eius vertex adiri nūquam potest ob asperitatem, & niues.

GA-

T E S { **GACIARONVS**: Monte Gaciarono, paris ferè cum superiore celsitudinis, famosus Dulcini hæretici secessu cum uxore suâ Margaritâ, & quingentis aliis: coactus est ciborum penuriâ, & frigore feso dedere. In loco quem occuparat condita est ædes D. Bernardo sacra.

N V M. 6. *Vigenanensis Ager*: Vigeuanasco.

V R - { **VIGEVANVM**: *Vigenano*, effecta ciuitas à Clemente VII. an. 1530. in gratiam Franc. Sfortiæ II. quidam vicum Veneris nominant, quidam Vegliuenum, Volaterranus Vegiuianum. Fabulam sapit quod scribit Carinus conditam esse à M. Marcelllo post deuictum Viridomarum, nam noua ciuitas est. In eâ habitarunt aliquando Duces Mediolanenses. Malè multata est bellis inter Carolum V. & Franciscum I.

B E S { **S FORTIACA** prædium: *Sforcesca*, in tabulis corruptè s. *Forcesca*, villa per amœna à Ludouico Sfortia Duce constructa. In eam perducta fuerunt duo incilia, vnum ex Ticino, alterum ex Nouariâ fluuiis.

A G R I { **Gambolate**: *Gambalo*, pagus laetus, & nitidus; locum putant aliqui apud Amm. Marcel. lib. 15. vocati Ad Columnas, non improbabiliter.

V I G E - { **Langosca**: *Langosca*, ad Fl. Sesiam.

V A - { **TICINVS**: *le Tefin*.

N E N - { **NOVARIA**: *la Gognat*.

S I S . { **Albunca**: *Albonea*.

F L V - { **Terdopius**: *Terdopio*.

N V M. 7. *Ticinensis Ager*, seu *Papiensis*, Territorio di Pauia,
vel Pauese.

V R - { **PAPIA**, olim *Ticinum*: *Pauia*, nobis *Pauie*, de huius origine vide fabulas si otium est apud Leandrum. Sed quomodo vox *Ticinum*, immutata est in hanc *Papia*? Luitprandus ait sic dictam à particulâ admirationis *Pape*, quod mirabili rerum copiâ abundet; alij quasi *Patri Pia*, alij à *Papyrio Regis Francorum nepote*; *Parall. Geogr. Tom. II.*

H H hhh